

Decimus sextus

De lauro genera. xiii.

Cap. xxx.

Laurus triumphis proprie dicatur: uel gratissima domibus lanitrix Cæsaris pontificumque quæ solo & domos exornat: & ante limina excubat. Duo eius genera tradit cato: delphicâ & cypriâ: Pompeius Leneus adiecit quæ mustacem appellauit: quoniâ mustaceis subiicere. Hanc esse folio maximo: flaccidoque & albicante. Delphicâ æ quali colore uiridiorum: maximis baccis atque uiridi rubentibus. Hac uictores delphis coronari: & triumphantes Romæ. Cypriâ esse folio breui nigro per margines ibricato crispâ. Et postea accessere genera cuius hanc siluestre lauræ aliqui intelligunt nonnulli sui generis arbore. Differt color. Est enim cærulea bacca Accessit & regia: quæ cepit augusta appellari amplissima & arbore & folio: baccis gustatu quoque non aspero. Aliqui negant eandem esse: & suum genus regie faciunt longioribus foliis latioribusque. Idem in alio genere baccaliâ appellant hanc quæ uulgatissima est: baccarumque fertilissima. Sterilem uero earum (quod maxime miror) triumphalem: eaque dicunt triumphantes uti: nisi id a Diuo Augusto ceperit: ut docebimus: ex ea lauru quæ ei missa e caelo minima est altitudine: folio crispo: ac breui: quæ inuenitur rara. Accedit in topiario opere taxa excrecente in medio folio paruulo: ueluti lacinia folii. Et sine ea spadonia mira opacitatis patientia. Itaque quæ talibet sub umbra solum implet. Est chamædaphne siluestris frutex est & alexandrina: quam aliqui idæam: alii hippoglothion: alii daphnæ: alii carpophyllon: alii hypelatem uocant. Ramos spargit a radice dodrantes topiarii: ac coronarii operis: folio acutiore quam myrti: molliore & candidiore. Maiore semine inter folia rubro. Plurima in ida: & circa heracleâ potius: nec nisi in motosis. id quoque quod daphnoides uocant genus in noium ambitu est. Alii enim pelægum: alii eupetalon: alii cephalon alexandri uocant. Et hic frutex est ramosus: crassiore ac molliore quam laurus folio. Ex cuius gustatu accendat os: thuris: baccis e nigro ruffis. Notatum antiquis nullum genus lauri in corsica fuisse: quod nunc satum & ibi prouenit. ipsa pacifera: ut quæ præterea etiam inter armatos hostes quietis sit indicium. Romanis præcipue laticæ uictoriarumque nuncia additur litteris: & militum lanceis: pilisque. Fasces imperatorum decorat. Ex iis in gremio iouis optimi maximi deponitur: quoties læticiâ uictoria noua attulit. idque non quia perpetuo uiret nec quia pacifera est præferenda utique myrto & oleæ est: sed quia spectatissima in monte parnaso. Ideoque et grata apollini: assuetis eo dona mittere iam & regibus Romanis test. L. Bruto. Fortassis etiam in argumentum: quoniam ibi libertatem publicam memisset: lauriferam tellurem illam osculatus ex responso. Et quia manu satae receptarumque in domos fulmine sola non icitur. Ob has causas equidem crediderim honorem eis habitum in triumphis potius: quam quia suffimentum sit cædis hostium & purgatio ut tradit Massurius. adeoque in profanis usibus pollui laurum & oleam fas non est: ut ne propiciandis quidem numinibus accendi ex iis altaria aræue debeant. Laurus quidem manifesto abdicat ignes crepitu: & quadam detestatione: interaneorum etiam uitia & neruorum ligno torquente. Tiberium principem tonante caelo coronari ea solitum ferunt contra fulminum metus. Sed & circa diuum augustum euerta eius digna memoratu. Namque Liviæ Drusillæ quæ postea Augusta matrimonii nomen accepit: cum pacta esset illa Cæsari: gallinam conspicui candoris sedentem aquila ex alto abiicit in gremium illæ. Intrepideque miranti accessit miraculum: quoniam tenentem rostro laureum ramum onustum suis baccis. Cõseruati alitem & sobolem iussere aruspices: ramumque cum feri: ac rite custodiri. Quodque factum est in uilla Cæsaris: fluuio tiberi imposita iuxta nonum lapidem flaminia uia: quæ ob id uocatur ad gallinas. Mirumque silua prouenit. Ex ea triumphans postea Cæsar laurum in manu tenuit: coronamque in capite gessit. Ac deinde imperatores Cæsares cuncti. Traditumque mos est ramos quos tenuerunt ferendi. Et durat siluæ nominibus suis discretæ. Fortassis ideo mutatis triumphalibus. Vnius arboris: latina lingua nomen imponitur uiris. Vnius folia distinguuntur appellatione. Lauream enim uocamus. Durat & in urbe impositum loco: quando laureum in auentino uocatur: ubi silua lauri fuit. Eadem purificationibus adhibetur: testaturque sit obiter: & ramo eam seri: quoniam dubitauerunt Democritus & Theophrastus. Nunc dicemus siluestrium naturas.

Stephanõ

atque guttur

Teneret

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE. LIBER. XVI.

PROOEMIUM.

Siluestrium Arborum Naturæ.

Cap. i.

Omiferæ arbores quæque mitioribus succis uoluptatē primæ cibis attulerunt: & necessario alimento delicias imiscere docuerunt. Siue illæ ultro siue ab homine didicere blandos sapes adoptione & connubio. Idque munus etiam feris uolucibusque dedimus: intrapredictas constant. Primum erat narrare glandiferas quoque: quæ primo uictum mortalium aluerunt nutrices inopis ac fere fortis: ni præuerti cogeret admiratio usu comperta: quæ nam qualis esset uita sine arbore ulla sine frutice uiuentium.

Gentes sine arbore: & miracula in septentrionalis regionis arboribus. Cap. li. Iximus & in oriente quidem iuxta oceanum cuplures ea necessitate gentes. Sunt